



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XX. Mediocritas, Medium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Quod si non constet quis majori peritiā polleat, standum erit majori parti Medicorum: Si vero hi pares numero fuerint, contra vulnerantem pronuntiandum esse decedit Boër. Dec. 323. n. 21. Sed tutius hic inaequalem numerum Medicorum adhibendum, dum satius sit nocentem dimittere, quam innocentem damnare, vult Stryck. d. l. cap. 3. n. 19.

CAP. XX. Mediocritas, Medium.

Axioma I.

Nec minimum nec maximum statuendum & eligendum. l. a quo enim. 12. §. 2. rem rat. haber. l. 37. de legat. 1. etiam in donationibus infinitis. l. si quis 35. §. 1. C. de donat. nec optimum, nec pessimum in Contractibus praestandum. l. 19. §. 4. de adilit. edit. Perez. C. de Excusat. Artif. n. 5.

II.

Medium participans de utroque extremo sortitur naturam potentioris. l. quaritur 10. ff. de statu bom. Dyn. in reg. is, qui docet de R. l. in 6. Bald. in c. 1. col. 4. de success. feud.

Limita, nisi detur ratio diversitatis dispositione juris concurrente, ut ait Abbas in cap. super questionum. §. si vero. col. 2. de offic. deleg. quem sequitur Rochus de Curte in tract. de jure patron. quest. 7. col. 2. addit & ea quae tradit Panorm. in cap. fin. de jure patron. juncto textu in c. cum dilectus 28. eod. tit. Exemplum vide in cap. Raimundus. extr. de testam. Ubi filius fuit denominatus à matre clera, & non à patre, qui tamen dignior esse dicitur, & ejus originem sequi debet. l. 1. ff. ad municip. quemadmodum hoc pluribus illustrat Lud. Gomez in Comm. ad §. superest. Inst. de adition. n. 41.

III.

In moralibus qui dat finem, dat etiam media ad finem pertinentia. Hugo Grot. lib. 3. de jure bell. & Pacis, c. 14. num. 31. §. 2. ibique Dd. Inst. qui & quib. ex caus. manumitt. non licet.

IV.

Medio sublato, sine quo ad extremum perveniri non potest, & ipsum extremum censetur ablatum. l. scimus 36. §. fin. C. de inoff. testam. Ita sublata querela, per quam pervenitur ad petitionem hereditatis, & ipsam petitionem sublata, intelligi subsumit Gail. 1. obs. 122. n. 8.

V.

MEDIUM praesumitur probatis extremis, videlicet principio & fine, l. si cut 8. §. non videtur 15. ff. quibus modis pignus, vel hypoth. Bart. in l. Celsus, num. 21. ff. de usucap. [gloss in cap. per tuas 6. in verb. praesumuntur, extr. de condit. apposit. Schneidev. in tit. Instit. de usucap. num. 61. Carpov. p. 3. conf. 3. de fin. 26. num. 7.] Alciat. de praesumpt. regul. 3. praef. 22. ubi limitat in actibus momentaneis, Bald. conf. 247. circa med. lib. 2. ubi ampliat in omni materia, & in omni actu, qui re-

cipit continuationem. Decian. conf. 11. n. 124. Jaf. conf. 46. in fin. lib. 3. ubi ait procedere, quando aliquid de medio est probatum, aliàs secus. Socin. jun. conf. 15. numer. 4. lib. 4. ubi limitat, quando medium esset inhabile, quia influit inhabilitatem in extremis, Mascard. de probat. conclus. 730. Sigism. Scacc. de appellat. quest. 18. remed. conclus. 5. num. 56. Cardinal. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 175. per totam. Rot. in Florentina capella 30. Maji 1616. coram R. P. D. meo Pirovano, impressa per Vidian. post. prax. Jurispatron. decis. 61. Media enim declarantur ex praecedentibus & sequentibus. Roland. à Valle conf. 25. n. 30. & 31. lib. 4. & debent congruere praecedentibus & sequentibus. Rot. decis. 41. numer. 3. apud Farinac. p. 2. recent. Imo media talia praesumuntur, qualia sunt extrema, arg. d. text. in d. l. si cut. 8. §. non videtur 15. ff. quibus mod. pign. l. existimo 38. ff. de verbor. oblig. Rota decis. 11. num. 41. p. 5. recent. unde dicitur quod media referuntur ad extrema, arg. l. talis scriptura 30. in fin. ff. de legat. 1. & facit text. in cap. secundo requiris, in princ. de appellat. ubi quod illa, quae sunt in medio, saepe ad principium & finem referuntur. Et quod extrema potius quam media sunt attendenda, firmat Afflict. in decis. 595. num. 5. Et quod media ab extremis declarantur, l. qui filius 17. & l. si servus plurium 50. §. fin. ff. de legat. 1. & l. 1. C. de liber. prater. Rota d. decis. 11. numer. 42. & 43. [Fichard. 1. conf. 42. numer. 4. atque hoc in terminis habilibus accipiendum esse, ex eo, quod media non semper attendantur, sed extrema quandoque curentur. ex l. sed si 6. §. servus de hered. instit. adjicit Afflict. decis. 195. n. 5.]

Unde provenit, ut si quis probet possedisse in praeteritum de certo tempore, & de praesenti, praesumitur etiam possedisse medio tempore. Bart. in d. l. si Celsus. ubi Balb. in repet. p. ult. num. 5. cum seqq. Anchar. conf. 5. numer. 10. vers. ad hoc respondeo. Alex. conf. 39. Vis scripturis, num. 5. lib. 2. Natt. conf. 235. num. 18. Roland. à Valle conf. 25. numer. 31. lib. 4. Surd. conf. 37. numer. 46. & 47. & ideo ad effectum praescriptionis, si probatur possessio in principio & fine, probantur etiam medio tempore, c. volumus 16. quest. 4. Fulgos. conf. 104. Quadam. num. 1. col. 3. Socin. conf. 59.

Visis actis. num. 7. lib. 4. Lanfranc. in c. quoniam contra num. 66. de probat. Jason. in l. talis scriptura. col. 1. cum seq. ff. de legat. 1. Angel. Aretin. cons. 19. Videtur num. 19. cum seq. ubi declarat, quod in possessione probatis extremis probatur medium præsumptivè, quando in illo medio non probatur possessio alterius: sed si probatur possessio alterius, quia extrema non possunt conjungi, & præsumptio cedit veritati, ideò quia duo non possunt in solidum eandem rem possidere, non probatur medium: quod intelligitur respectu ejusdem possessionis naturalis; at verò respectu diversæ possessionis adhuc potest is, qui probavit, possessionem naturalem de præterito & præsentì dicere, quod etiam medio tempore possedit civiliter, licet alius naturaliter medio tempore possederit, refert Card. Tusch. d. l. M. concl. 173. num. 36. ubi numer. 32. post Felin. in cap. sicut. numer. 27. de re judic. limitat, quando ageretur de solemnitate extrinseca probanda medio tempore, quia non præsumitur in præjudicium tertii, & n. 34. limitat etiam, ubi vera probatio requiritur, quia tunc non sufficit probatio extremorum. [Ubi itaque medium non convenit extremis, impediri dicitur interpretatio, quæ ex scripturæ ordine vult desumi. l. tria 32. ff. de serv. rust. præd. Bald. in l. si avia. vers. in gl. sciens. C. de jure delib. & ad l. Benignus. ff. de LL. Gœdd. 3. Conf. Marp. p. 26. num. 124.]

VI.

MEDIUM inhabile impedit extrema habilia posse conjungi. l. fin. ff. de fluminib. l. quisella 7. §. fin. ff. de servit. rustic. l. prædia 32. ff. eod. Socin. jun. cons. 15. num. 4. lib. 4. Surd. cons. 8. n. 17. & cons. 136. num. 34. Anton. Monach. Florent. decis. 62. num. 18. Card. Tusch. tom. 5. lit. M. conclus. 173. n. 32. Vide supra lib. 5. cap. extremum.

VII.

MEDIA via semper est eligenda. §. ultimo. ibi: nos mediam quodammodo viam eligentes. Instit. ut. quibus ex causis manum. non licet. §. cum ex aliena 25. ibi placuit media. Inst. de rerum divis. [Facit. §. 1. ibi: & liberis peperimus & patribus. Inst. per quas person. nob. acquir. §. ult. Instit. de vulg. subst. imò & veteres juris auctores medietatem quandam secutos esse, patet ex l. antiqui 3. si pars hered. pet. l. filio 7. ut legat. nom. cav. l. 6. §. 3. de offic. procons. l. 137. §. 2. de V. O. quod procedere maxime in dubio per l. & hoc Tiberius 41. ff. de hered. inst. §. ult. Inst. de vulg. subst. l. 25. de pignor. act. probant (quam pro componendis credi-

toribus & debitoribus inducit Mevius in a. deduc. tract. de discuss. levaminum.] Tiraq. de jure primogeniture quest. 17. opin. 4. n. 9. & Harprecht. ad princip. Inst. de auctorit. iur. num. 17. facile enim amplectendæ sunt ejusmodi sententiæ, per quas fit, ut neutra pars lædatur. l. Ex his 8. in fin. quæ in fraud. credit. l. servus dotalis. 58. in fin. solut. matrim. Anton. Faber in rational. ad l. 10. §. 9. de in rem vers. Unde quando Judex bonus in aliqua causa opiniones hinc inde plurium Dd. magnæ auctoritatis haberet, debere eum per medium causam decidere, ait Borgnin. Cav. in tract. de Tutor. & Curat. p. 147. n. 338. quia το μέτρον ἀποκρίνεται id quod vel maxime etiam in bellis observari ex historiis facile depromitur. Ita cum Herennius Pontius pater filio Samnitum Imperatori suaderet, ut exercitum Romanum in angustiis Caudinis interclusum aut dimitteret saluum, aut totum deleteret, filius autem mediam elegisset viam & Romanos sub jugum missos ad sua redire passus esset, inter media se lapsus, (verba sunt Livii) victoriæ possessionem incerta pace mutasse, & beneficii maleficii occasione amissa pugnaturus cum eis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere vel amicos facere, Liv. lib. 9. cap. 12. Aliud tamen placere Italici, dixit Machiavell. l. de Republ. cap. 26. vide Natal. Com. lib. 9. An. 1556. ibi neque bonitas neque malitia mediocris videtur esse utilis. Imò & Ulpian. in l. 6. pr. de pæn. l. 7. in fin. ff. de ann. legat. & Paulum in l. 34. §. fin. de negot. gest. mediam viam repudiasse invenimus, quod medium dividendi, & gl. in d. l. 34. rusticorum esse dicit. Sed hoc Stoicorum in re dubia consuetum judicium erat, quos propterea Servius herciscundos vocat. Cujac. 10. obs. 4. add. & §. 4. Instit. de vulg. subst. ubi vide omnino Osterman. Merill. 1. obs. 6. vid. Thom. de Thomass. in floribus legum, reg. 178. ubi declarat, quando jus, vel sententia non potest magis adaptari ad unam partem, quam ad aliam, Card. Tusch. præct. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 170. per totam. Tiraquell. de primogen. questio. 17. opin. 4. à num. 9. Anton. Thesaur. Pedem. decis. 89. Menoch. lib. 1. præf. 97. num. 17.

[Limita I. cum dicimus in juris decisionibus medium esse tenendum, medium illud, ut Ethici de medio virtutis loquuntur, non consistere in puncto, sed aliquam habere latitudinem, Bachov. 2. disp. 1. tbes. 6. lit. B.

Limita II. hanc regulam procedere cum

rum demum, quando subjectaabilitas non repugnat, & quando utrinque par est ratio, Harprecht. d. loc. n. 25. I.

II.

Expediit Reipubl. ad ejus administrationem promovere hominem mediocris ingenii, non sublimioris, Perez. C. de Equest. Dignit. n. 7.

CAP. XXI. De Melancholiâ.

Propter Melancholiam poena potest mitigari. Carpz. Pract. Crim. p. 3. q. 145. n. 53. Et Melancholici mortem sibi inferentes honestâ sepulturâ non sunt planè privandi, licet non omnes alias conservare adhibeantur ceremoniæ. Struv. Syn. Jur. Civil. Ex. 15. th. 82.

CAP. XXII. De Melioramentis.

Axioma I.

Melioramentorum nomine veniunt reparationes & ædificationes necessariae & plantationes vitium, salicium, arborum. Garz. de impens. & meliorat. cap. 1. n. 8. 9. & cap. 15.

II.

Res prædique retineri possunt ob melioramenta, die Verbesserungen/donec solvantur. L. 58. ff. de Leg. 1. 2. F. 28. §. 2. Schneid. in §. 28. Inst. de act. in act. conducl. n. 23.

Limita, quod melioramenta immodicè facta, die unnöthige übermäßige Besserungen/ non restituantur, idque notandum contra potentes hypothecarios, qui sumptuosius ædificiis Dominum è retributione excludere conantur, Gail. L. 2. obs. 22. n. 6.

III.

Meliorationes se fecisse allegans illud probare debet. Sunt autem melioramenta difficillimè probationis, & in ædificia facta probantur per Architectos & peritos in arte, ubi tamen illi non sunt adhibendi, qui adhibiti fuerunt, cum ipsum ædificium exstrueretur. Pruckmann. P. 1. R. 247. n. 46. segg.

CAP. XXIII. Melius est.

Axioma I.

MELIUS est occurrere in tempore, quam post illatum vulnus remedium querere; sive Melius est, intacta Jura servare, quam post vulneratam causam remedium querere, l. ult. in fine. C. in quibus causis in integ. restit. non est necess. l. 1. C. quando liceat unicuique sine Judice se vind. Cardin. Mant. de tacitis & ambig. convent. lib. 21. tit. 8. num. 30. in fine. Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 648. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 5. n. 105.

II.

MELIUS est habere rem, quam pe-

tere, Card. Tusch. tom. 5. lit. M. concl. 184. num. 3.

III.

MELIUS est pauca cautè agere, quam multis interesse periculose, auth. de tabellionib. circa med. collat. 4.

IV.

MELIUS est, seu magis nostra inter est nonolvere, quam solum repetere. l. si stipulatus esset 15. ff. de fidejussorib. l. si cui legetur. 29. fin. ubi Aretin. in 3. notab. ff. de legat. 1. l. 3. C. de solutionib. Cardin. Tusch. d. lit. M. conclus. 184. n. 5.

V.

MELIUS est pauca verba idonea effundere, quam multis inutilibus hominibus prægravare, l. tanta. 2. §. contrarium. 15. C. de veteri jure enucl. quia verba superflua & inania solent stomachari prudentes, Roland. conf. 39. num. 2. lib. 2. & conf. 61. in princ. lib. 3. quem refert Card. Tusch. tom. 7. lit. S. concl. 895. n. 31.

VI.

MELIUS est nocentem dimittere, quam innocentem punire, l. absentem 5. ff. de pænis. Cardinal. Tusch. tom. 1. lit. A. conclus. 41. num. 3. & tom. 5. lit. O. concl. 55. n. 2.

CAP. XXIV. Membra.

Axioma I.

MEMBRORUM suorum nemo est dominus. l. liber homo 13. ff. ad legem Aquil. cap. si non licet 9. 23. quasi. 5. cum aliis ibidem. l. 9. §. 2. ff. de pecul. legat. l. 9. §. 7. de pecul. l. 6. §. si quis. de re milit. l. 4. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 38. §. fin. ff. de pæn. Ungepaur. exerc. Justin. disp. 9. 10. Boeckel. de public. judic. disquis. 6. num. 20. quia interest Reipub. ut homines conserventur. Farin. 1. conf. crim. conf. 23. num. 2. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de favore clericorum Canonis. §. 1. num. 15. cum hujusmodi dominium sit soli Deo reservatum, juxta illud Sapient. 16. Tu es, Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & Deut. c. 32. Ego occidam, & ego vivere faciam. [licet secundo & Reipub. etiam Domina membrorum hominis dicatur, ut post Bart. in l. Titio centum. §. Titio centum. all. 2. vers. 3. ratio. ff. de condit. & dem. act. Dec. in l. si quis. n. 24. ff. de Jurisd. Menoch. 1. arbit. judic. cas. 87. n. 7.]

Unde nemini licere se ipsum jugulare, aut venenose occidere, seu vitam suam, ut propria membra dissipare, colliges ex late congestis adversus eos sic delinquentes per D. Thom. 2. 2. quasi. 64. art. 5. Plac.

§§ 4

de